Explicit liber primus
de vita sancti martini episcopi.
Incipit epistola seueri ad eu
sebium presbiterum postea episcopum :-

Hesterna
die cum ad
me plerique
monachi
venissent
inter fabulas
iuges . lon
gumque sermo
nem . mentio incidit libelli
mei quem de vita beati viri
martini edidi : studioseque
eum a multis legi . et libentis
sime audiebam . Interea in
dicatur michi dixisse quendam
malo spiritu suscitatum . cur mar
tinus qui mortuos suscitas
set . flammas domibus depulis
set : ipse nuper adustus in
cendio . periculose fuisset ob
noxius passioni . O istum
quisquis est miserum . In iude
orum in verbis perfidia et dicta
cognoscimus : qui in cruce
positum dominum hiis verbis in
crepabat . Alios saluos fecit :
seipsum saluum facere non potest .
Vere plane iste quicumque
est . si illis temporibus natus esset .
et in dominum hac voce dicere po
tuisset : qui simili similem domini
blasphemat exemplo . Quid
ergo . quisquis es . martinus
ideo non potens . ideo non
sanctus : quia est periclitatus in
cendio ? O beatum et per omnia

simile apostolis : etiam in hiis co
nuiciis virum . Nempe hoc et de
paulo . gentiles cum eum vipe
ra momordisset . sensisse re
feruntur . Hic homo debet ho
micida esse : quem saluum factum
de mari . fata viuere non sine
rint . At ille excussa vipera
in ignem : nichil mali patieba
tur . Illi autem subito casurum :
et repente eum moriturum puta
bant . Sed cum viderent nichil
mali contingere ei : conuertentes
se dicebant eum esse deum . Aliorumque
vel horum exemplo omnium mor
talium infelicissime . perfidiam
tuam coarguere ipse debueras :
ut si tibi scandalum moueat .
quod martinus flamma ignis
videbatur attactus . hunc tur
sum attactum ad merita illius
et virtute referres . quod circum
septus ignibus non perisset .
Agnosce enim miser . agnosce
quod nescis : omnes fere sanctos ma
gis insignes periculorum suorum
fuisse virtutibus . Video qui
dem petrum fide potentem . rerum
obstante natura mare pedibus
supergressum . et instabiles aquas
corporeo pressisse vestigio : sed
non ideo michi minor videtur
gentium predicator . quem fluctus
obsorbuit . et post triduum
totidemque noctes emergentem
e profundo vnda restituit : atque
haud scio an pene plus fuerit

vixisse in ꝓfundo · an supra
maris ꝓfunda transisse · Sed
hec tu ut arbitror stulte non
legeras : aut lecta non audieras ·
Neque enim absque divino consilio
huiusmodi exemplum beatus e
vangelista sacris litteris contulis
set · nisi ut ex hiis humana
mens erudiretur : naufragi
orum videlicet atque serpentium
casibus · Et sicut aplus refert ·
qui nuditate · fame · latronumque
periculis gloriatur · omnia hec
sanctis hominibus atque omnibus ad perfe
rendum quidem esse communia :
sed hiis tolerandis atque vincen
dis · precipua iustorum semper
fuisse virtute · dum per omnia
temptamenta pacientes semper
et invicti · tanto forcius vi
ceret · quanto graviora pertulisset ·
Unde hoc quod ad martinum
infirmitate revocatur · ple
num est dignitatis et glorie :
siquidem qui periculosissimo
casu temptatus evicerit · Ce
terum omissum a me ~~libello~~
in libello illo quem de vita illi
us scripsimus · nemo miretur ·
cum ibidem sim professus me
non omnia illius facta complexum :
que si persequi universa
al' ĩmensũ voluissem · universum volu
men legentibus edidissem · Ne
que sunt tam parva que gessit :
ut omnia potuerint comprehendi ·
Sed tamen hoc de quo questio
incidit latere non patiar ·
et rem omnem ut gesta est re
feram : ne forte inconsultum
hoc quod ad vituperacionem beati
viri poterat opponi · pretermi
sisse videamur ·

Cum ad dyocesim quandam
pro sollempni consuetudine ·
sicut episcopis visitare ecclesias suas
moris est · media fere martinus
hyeme venisset · mansionem ei in
secretario ecclesie clerici paraverunt ·
multumque ignem scabro iam prerupto
pavimento subdiderunt · lectum
ei plurimo stramine exstrux
erunt · Deinde cum martinus
cubitum se collocasset · insuetam
mollicie strati male blandientis
horrescit : quippe qui nuda
humo · uno tantum cilicio sup
iecto cubare consueverat · Ita
que quasi accepta permotus iniuria :
stramentum omne proicit · Casu
super fornaculam parte palee
illius quam removerat aggessit ·
ipse ut erat moris · nuda hu
mo · lassitudine itineris vergen
te requievit · Ad mediam fere
noctem · per interruptum ut sup
dixim9 pavimentum · ignis exestu
ans : arescentes paleas appre
hendit · Martinus sompno
excitatus · re inopinata au
cepti periculo · et maxime ut
referebat dyabolo insidiante
atque urgente preventus : tardius
quam debuit ad oracionis confugit
auxilium · Nam erumpere foras

arripiens cum pessulo quem ostio obdiderat diu multumque luctatus gravissimum circa se sensit incendium: adeo ut veste qua indutus erat ignis absumpserit. Tandem in se reversus non in fuga sed in domino esse presidium: scutum fidei et orationis arripiens mediis flammis totus ad dominum conversus incubuit. Tum vero divinitus igne summoto: innoxio sibi orbe flamarum orabat. Monachi autem qui pro foribus excubabant crepitante et colluctante incendii sono excitati obseratas effringunt fores demotoque igne mediis flammis martinum auferunt: cum iam penitus eum consumptum tam diuturno incendio putarent. Ceterum ut verbis meis dominus est testis ipse referebat et non sine gemitu fatebatur in hoc se dyaboli arte deceptum: ut excussus e sopno consilium non haberet quo per fidem et orationem periculo repugnaret. Denique tam diu circa se fuisse ignem quamdiu erumpere ostium turbatus mente temptaverit: ubi vero auxilium crucis et orationis arma repetisset mediast recessisse flammas: seque tum sensisse rorantes quas male esset expertus urentes. Unde intelligat quisquis hec legerit temptatum quidem illo martinum periculo sed probatum.

Explicit epistola severi ad eusebium presbiterum

Item epistola eiusdem ad aurelium dyaconum de obitu beati martini

Postquam a me mane digressus es eram solus residens in cella subieratque me illa que sepius occupat cogitacio. spes futurorum presenciumque fastidium. iudicii metus. formido penarum: et quod consequens erat atque unde cogitacio tota descenderat. peccatorum meorum recordacio tristem me confectumque reddiderat. Deinde cum fatigatam angore animum in lectulo membra posuissem. ut plerumque ex mestitudine solet sompnus obrepsit: qui ut semper matutinis horis levior incertusque ita suspensus ac dubius per membra diffunditur: ut quod in alio sopore non evenit. pene vigilans dormire te sentias. Cum repente sanctum martinum episcopum videre michi videor. pretextum toga candida. vultu igneo. stellantibus oculis. crine purpureo: atque ita michi in ea habitudine corporis formaque qua noveram videbatur. ut quod eloqui nobis pene difficile est. non possit aspici. cum possit agnosci. Arridensque michi paululum: libellum quem de vita illius scripseram. dextera preferebat.

explicit epistola severi ad eusebium presbiterum. Item epistola eiusdem ad aurelium dyaconum de obitu beati martini.